Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

menti et bone digestionis existit et pre-
recens condita cum melle et rebus
frigidis iuuamentum facit. Cumque
nux pista et cum rebus alijs frigitur
fit stipticata et fluxui uentris prodest.

Nux ficus et ruta laudabilis medi-
na est contra omne uenenum. Et usum
eius in pestilentie tempore de mane
ieiuno stomaco saluberrimum fore
diuturno experimento compertum est.

Prodest autem asperitatis nucibus noci-
mentum remouerj si exterior cortex
aliqualis cuttinea contundantur et per
noctem una in aqua calida ponantur
ut rehumectentur et quasi ut recen-
tes et uirides fiant, saporiosiores erunt
et fere absque nocumento existent.

Nespula frigida est et sicca in ii.
magis ad medicinam pertinet quam ad
cibum stomacum confortat uomitum
et uentris fluxum restringit uri-
nam prouocat, parum tamen et grossi
nutrimenti existit.

Narrat helynandus se in quibusdam experi-
mentis legisse quod Mitridates rex ponti timens
uenenari praecordia sua contra uenena muniuit.
Omni die xx folia rute cum duabus nucibus
et totidem ficubus ieiunus comedebat. Ipse
ueneno mori non ualens, iugulum militi
praebuit. Idem Vale. max. dicit ueneno re-
pugnantem pectus etc. li. viij. c. ij.